

DISPUTATIO IURIDICA
DE
CONSTITVENDO. GEREN-
DO ET DECLINANDO PVPIL-
lorum patrocinio,

Quam
Divina favente gratia, .

Sub prasidio,

CLARISSIMI
ICTI. DN. IOHANNIS
GOEDDAEI, IN ILLVSTRI
MARPVRGENSIVM ACADE-
MIA ANTECESSORIS OR-
DINARII

Publici exercitij gratia pro virili defendere
conabitur,

IOSIAS DEBEL THVRINGVS

loco, horisq, consuetis,

MARPVIRGI CATTORVM,
Excudebat Casparus Schefferus anno Christi

cl3 13CL



THESIS I



Vm propter multivarios ac immaturos parentum obitus sæpenumerò eveniat, ut liberi relinquantur impuberes, proindèq; vota atq; tutorum habendorum desideria non quàm ipsa funera raro- ra, eorundemq; vsus in hoc vitæ nostræ ergastulo non quàm aquæ atq; ignis infrequentior: non minus pie quàm rectè faciunt, non modo ij qui condendæ legis potestatem habentes pupillorum personis, eorundemque bonis defendendis, iura promulgant saluberrima; sed & ij, qui illorum iurium veritatem atque consonantiam in scholis disputando, (id quod mei nunc est instituti) investigant.

II.

Vt autem à definitione incipiam, tutelam, à tuendo ita dictam, definitio ius defendendi pupillum. Vel ut eam eodem prorùs modo, alijs tamen verbis ex sententia Servij Sulpitij proponit Imperator Iustinianus, quod sit ius ac potestas in capite libero (quæ verba de pupillo accipio, autoribus *Borchold. Hottem. Wesenb. in pr. Instit. hic & in parat. n. 4. Cuiac. 21. observ. 23. & alijs contra Bartol. in l. 1. §. 1. ff. hic, n. 6. Manz. in. in tract. de tutel. q. 1. pr. n. 14. qui ad tutorem referunt & Donell. 13. comm. 1. qui ad utrumq;*) ad tuendum cum qui se ipsum propter ætatem defendere nequit *pr. Instit. hic*

III.

Ea à jure civili, aut immediatè datur, aut mediatè dari permittitur, unde illa per eminentiam Legitima, *Vlpian. in frag. tit. 11. §. 2. hæc Permissiva seu Dativa dicitur, Obrecht. disp. de patroc. pup. sches. 17.*

IV.

Dativa duplici modo dari permittitur, vel à privato in testamento vel à magistratu. Hinc illa Testamentaria, hæc Dativa in specie appellatur *Obrecht. disp. sches. 18.* A s Te